



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

**XXVII.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

vit. Præturas Urbicam & Suburbanam  
Judæis oppignoravit. Extincto Cæ-  
sare mox Adolphus penè solo Gerhardi  
Electoris voto, vel autoritate Cæsar eligi-  
tur. \* Atrox hic bellum † Thuringiæ in. \*MCCXCII  
tulit: Albertus Landgravius (*a*) natura- *Adolphus*  
lem filium habuit Apez dictum, hunc in. Cæsar in  
ordinato amore prosecutus, libentius *Thuringia*  
quam Fridericum, legitimum filium pro- *belligerat* &  
vinciarum hæredem vidisset; nec animo *cur?*

detecit Apezius, dummodo jura favis-  
sent, quæ ut suppleret, mira tentavit Al-  
bertus, † & cum difficultates opinione  
majores occurserent, ipsam Thuringi-  
am Adolpho Cæsari vendere, quam relin-  
quere Friderico maluit, hinc octennalis  
calamitas, & bellum. Extrà litis aleam  
Erfordia spectavit malum: nec vim inde  
sensit, aut incommoda, nisi quæ vicina  
bella etiam amicis adferunt. Cæsar Isena-  
ci residens in gratiam Gerhardi Erfordiæ  
privilegia confirmavit. Cautius hæc cum  
Cæsare egit, postquam expectatione contra-  
rius profana & sacra lacescit, ut ipsi etiam  
Moguntino exosus redderetur.

Senatus (*b*) sibi † collectandi jus arrogat, XXVII.  
à focis singulis pecuniam exigens, depre- *Senatus col-*  
cabantur multi, sed necessitatem publi- *lectarecives*  
cam ille prætendens imperata violenter *præsumit.*  
executus est. Gerhardus † Elector ausum *Gerhardus*  
inhibet, cumque in civilibus Imperii mo- *Elector in-*  
tibus *hibet,*

(a) *Chronica Thuringiae.*

(b) *MS. Chron. Petrensis.*

*Albertus*  
*Landgravi-*  
*atum ven-*  
*dit.*

tibus arma deficerent , & vires ad coēcendos reluctantes , suo Clero , ne ad sacra exactores admitteret , præcipit. Petrensis & Scotorum Abbates atque Canonicis ad S. Severum ArchiEpiscopi jura observant , ast Mariani Senatui adhærent , simulque ad Curiam Romanam provocant. Indignè tulit hoc Elector , & ultrà quinquennium ipsius gratiâ Civitas caruit , \* usque dum Albertus Cæsar fœderatos suos Fuldam invitaret , † ibique compareret Gerlacus : interveniente Cæsare civitatem in gratiam recepit , ut tamen Clerus Marianus trecentas argenti marcas , cives mille quingentas mulctæ nomine persolverent. Sicque hoc sæculum ad finem , non tamen sine cladibus ignis decurrit , (a) quippe fanno nonagesimo in festo Pentecostes fulgure templum omnium Sanctorum incensum , & exustum est : in autumno centum ædes ad portam S. Joannis deusta. Biennio ab hinc mercatorum pons cum templo S. Ægidii in cineres actus. Anno nonagesimo sexto in foro raparum ignis exortus universam plateam membranarium prostravit. Post biennium à monte ad Clypeatores usque flamma sæviit. Frequens hoc urbi malum est , ligneis parietibus , & tectis uberem materiam præbentibus.

\* MCCC. Erfurt. arcē  
XXVIII. Hopfgarten di recruduit. Arcem Hopfgarten † præexpugnant. dōnes

(a) MS. Chron. Erfurt.